UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici, Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,|| Grammaticæ || ...

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

Irregularia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70031

Visual Library

1. *Participia, ſi amittant ſignificationem temporis fiunt Nomina. ut, doctus, innocens, perfectus.*
2. *Participia in* NS, *fiunt pura Nomina, quando habitum ſignificant.*
3. *Participia in* NS, *abſolutè poſita, fiunt Nomina Subſtantiva.*

[*Et quidem ejus generis, cujus eſt Subſtantivum Subintellectum, ut:*

Oriens, occidens ——— *ſc. ſol*
continens ——— *terra*
adoleſcens ——— *puer, vel virgo.*]

4. *Participia Neutra, abſolutè poſita, fiunt Subſtantiva Neutra, ut, accidens, dictum, factum.*

Quæ Participia veniunt ab Imperſonalibus?

Imperſonalia perpetua, carent Participiis Præſentibus, Supinis & Gerundiis, Præter hæc:

Libens.
Licitus, Liciturus.
Pœnitens, pœnitendus, pœnitendum.
Pudens, puditurus, pudendus, pudendum.
Pertæſus, activè.

IRREGULARIA.

1. *Verba quæ Supino carent, carent etiam Participiis inde formatis: Præterito ſcilicet, & Futuro.*
2. *Anomala ſunt:*

À Morior ——— *Mortuus, moriturus*
À Naſcor ——— *naſciturus*
Ab Orior ——— *oriturus*
À Pario ——— *pariturus*
Ab Eruo ——— *eruiturus.*
À Diſco ——— *diſciturus*

Accidit etiam nonnullis Participiis Comparatio, ut:

Honoratus,	*honoratior,*	*honoratiſſimus*
Veſtitus		*veſtitiſſimus*
Inſtructus		*inſtructiſſimus &c.*
Amans	*amantior*	*amantiſſimus.*]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN CIRCUMSTANTIVO.

(ſeu Adverbio)

Quotuplex eſt Circumſtantivum? *Multiplex.*

1. LOCI.

In Loco. *Hîc, iſthîc, illic, ibi, inibi, ibidem, alicubi, alibi, intus, foris, paßim, ubivis, ubiubi, ubicunq;, ubiq;, uſquequaq;, utrobiq;, uſpiam, uſquam, nuſquam, longè, peregrè, ſupernè, antè, ponè, infrà, ſuprà.*

De Loco. *Hinc, iſthinc, illinc, inde, indidem, alicunde, aliunde, utrinq;, undiq;, undecunq;, undelibet, deſuper, comìnus, emìnus, divinitùs, cœlitùs, funditùs, radicitùs, antiquitùs, intrinſecus, extrinſecus, forinſecus, altrinſecus, intus, foris, peregrè, infernè, ſupernè.*

Per locum: *Hac, Iſtac, illac, quaquà, quacunq;, aliquà, eâdem, rectà.*

Ad locum: *Huc, iſtuc, illuc, eò, eódem, illò, iſtò, aliò, aliquò, utrò, utróque, neutrò, quóvis, quoquò, quocunq;, quópiam, ultrò, citrò, intrò, forás, uſq;, uſquam, nuſquam, peregrè, longè.*

Locum verſùs: *Horſum, iſtorſum, illorſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, retrorſum, rurſum, prorſum, ſurſum, deorſum, peſſumverſus, ſurſumverſus, quoquoverſus, introrſus, extrorſus.*

2. TEMPORIS: *Aliquando, Subinde, interdum, unquàm, nunquàm, nondum, confeſtim, ſtatim, citò, mox, ſemper, raròa, manè, veſperi, hodie, cras, heri, nudiustertius, nudiusquartus, perendie, diu, interdiu, luci, nuper, olim, quondam, quandoq;, nonnunquam, tempori, commodùm, opportunè, tempeſtivè, illicò, pridie, poſtridie, propridie, adhuc, etiamnum, propediem, poſtquam, poſteaquam, cùm, ut.*

3. NUMERI. *Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, novies, decies, vicies, tricies, quadragies & quadrageſies, &c. Centies, millies, toties, aliquoties, multoties, ſæpè denuò, rurſum, raro. Primò, ſecundò, tertiò, quartò, quintò, &c. Primùm, ſecundùm, tertiùm, quartùm, quintùm, &c.*

4. QUANTITATIS. *Multùm, parùm, aliquantùm, modicùm, ſatis, nimis, nimiùm, plurimùm.*

5. QUALITATIS. *Ita, ut, ſic, aliter, ſecùs, vicißim, invicem, omninò, bipartitò, bifariam, triſariam, ſartim, raptim, caſim, punctim, breviter, benè, malè.*

¶ Ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN